Varschoniæ in Curia Sacræ Mtátis Regiæ feria sexta post festum Conversionis Sancti Pauli proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo, In præsentia Sacræ Mtatis Regiæ et Consiliorum Suæ Mtátis assidendi Judicia Sacræ Regiæ Mtatis continuand. Quemadmodum Gnósus Dionysius Brandis Aulicus noster citaverat ad tribunal et Judicium Mtátis Sacræ Regiæ, venerabilem et Religiosum Laurentium Jalinski Abbatem, Thomam Kisskonio Priorem, Petrum de Koronow seu ipsius successorem, Presbiteros fratres seniores professos, cæteros q3 fratres, totum q3 Conventum Monasterij Coronowiendi. Cuius Citationis tenor de verbo ad verbum erat talis. Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ Samogitiæ q3. &c. Dominus et hæres. Vobis venerabili ac religiosis, Laurentio Jalinski Abbati Coronowiendi, Thomæ Kisskonio Priori, Petro de Coronow reliquis successori Presbiteris, fratribus senioribus professis, cæterisq3 ad eam causam tractum pertinendi, religiosis prænominatis Conventus Monasterii Coronow, de omnibus bonis vtilibus Conventualibus, per vos in Regno Poloniæ modo quorumq3 habitis et possessis, mandamus quatenus coram nobis Consiliarijsq3 nris pro tunc latere in reo assidendi die quatuordecima post felicem ingressum in Regnum Poloniæ vbicunq3 locorum tunc Curia nra feliciter constituti fuerimus, personaliter et peremptorie compareatis Ad instantiam Gnosi Dionysij Brandis Aulici nostri, qui vos ad inscriptionem

.o estram Capitancalem Castrẽ Bÿdgostien citat
pro summa Centum florenorum pecuniæ, monetæ et
mmeri Polonicalis, ammæ pensionis per Venerabilem dim
Adamum Minkorofki Abbatem antecessorem demor-
tuum, totiq3 Comentum Monasterii Coronov pro quo-
libet festo Epiphaniarum Domini inscriptione firma, et
millis remediis in eis enasibili, in omnibus et singulis bonis
Monasterii et Comentus vri. Coronov facta et inscripta
sub vadio simili aliorum centum florenorum pecuniæ Po:
lonic. ad tempora dum taxat ipsius Gnosi Dionisij Bran-
dis solvi inscript et obligatæ, prout de dor inscriptio
vra adquam sepefatus Gnosus Dionisius Brandis cum prin
sua Citatione in toto refert, latius canit. Qua quidem
inscriptione vos non attenta eidem Gnoso Dionisio Bran-
dis prefatæ summæ Centum florenorum pecuniæ po:
lonicæ ammæ pensionis pro amo pri Millesimo, Quingen-
tesimo Sexagesimo octavo pro festo Epiphaniarum Domini
proxime preterito non solvistis, nec Eurus q3 solvere vul-
tis, et per dor vadium simile aliorum Centum flo-
renorum pecuniæ polonicalis, pro quo etiam vos citat ei-
dem Gnoso Dionisio Brandis, ratione non persolutionis
prefatæ summæ principalis ammæ pensionis pro amo pre-
senti pro festo Epiphaniarum Domini proxime preterito
ad solvendum transgressi estis et succumbistis, vt vr Gt vos
eidem tam summæ prefatæ Centum florenorum pecu-
niæ ammæ pensionis, quam etiam summæ aliorum Centum
florenorum polonic vadij ex inde ad solvendum transgressi
iuxta vram inscriptionem, in effectu personalis et reponatis

prout vobis in termino prefixo latius et clarius declaretur, ad hec et ad alia premissa in dicia liter sibi responsuri, Datis in Crijstburgh feria quarta post Dominicam Ramis palmarum proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo octauo. In terminoq3 hodierno ex eiusmodi Citatione superius descripta prouenien et subsequ3 continuato, partibus prefatis, altera quidem ipso per se, Citatis vero per legitimum procuratorem suum coram Judicio Altatis eius Regie comparentibus et terminum attendentibus, idem Generosus Dominus Brandis actor propositione judiciali secundum tenorem Citationis supra descripta facta, produxit ac in inscriptione et obligatione prefata Castrens Bydgostien. ipsi suspensionem superius nominata per olim Virum bilem Abbatem Mironouiensem Abbatis moderni antecessorem et fratres suprascriptos recognita, tum etiam prochartis Regis confirmationis sua ac loci ordinarij, asserebat et instabat, vt vigore eiusdem inscriptionis et obligationis solutio vadij prefati Centum florenorum super ipsis Citatis ac bonis Monasterij prefati. inscriptione et obligatione predicta Castrens Bydgostien. onerabilibus ipsi decerneretur, Et nihilominus vadio soluto, ipsi Citati ad solutionem pensionis q3 fata, eadem inscriptione Castrens Bydgostien. obligata, decreto Altatis eius Regie adigerentur et compellerentur. Et ad hec ipso procuratori Citati per suum legitimum procuratorem ac plenipotentem, exhibita Altatis eius Regie et Judicio Altatis eius Citatione prefata, allegantes eb

deducend se non esse bonorum prefatorum Comentua-
lium dominos Saveditarios, sed tantum possessoris usu-
fructuarios, nec potuisse antecessorem ipsorum Abbate
priorem bona Comtualia ex Reipublica ad Cultum Di-
vinum fundata, contra iuris comunis dispositionem, pre
ter evidentem necessitatem Ecclesie vel Reipublice
pensionibus aut gnibusvis obligationibus onerare, Cuius
protectio et defensio bonorum Ecclesiasticorum mtatis
eius Regie, tanquam supremo patrono incumbat, atte-
ctanerunt ad Mtatē eius Regiā, vt pro suo iure Regio
quod illud ad defensionem bonorum Ecclesiasticorum
contendit, eosdem tanquam supremus tutor et patro-
nus ab eiusmodi citationibus et impedimentis tueri et
defendere, vti ibidem in continenti iussu et mandato
eius mtatis Sacre Regie, Instigator officii eius mtatis
Regie in medium Judicij prodiend, ac se se presentem
defensorem pro ipsis Citatis predicto Actori opponen,
Idq; vigore iuris publici ad defensionem bonorum Ec-
clesiasticorum mtatem eius Regiam concernen, allega-
vit et dedux it eam pensionis prefate inscriptionē
seu obligationem de iure comuni esse invalidam, nec
in bono fundamento fundata, vt pote non in eviden-
tem necessitatem Ecclesie aut Reipublice sed pri-
vate persone privatim facta, Cuius bona Ecclesia-
stica ex Republica Cultui divino adducta, quorum
tantum modo usufructuarius temporaneus Abbatem et
Comentum concernit, Mtatem vero eius Regiam per-
petua protectio et defensio spectat et pertinet, asserere

et onerare minime potuisse, Et gnammis bona ipsa
spiritualia in rem perpetuo iuri Ecclesiastico atq; Eccle=
sijs adscribentur et incorporentur, tñ Abbates et alias
personas spirituales ipsorum bonorum temporales vsufru=
ctuarios illa ipsa bona eiusmodi inscriptionibus et obliga=
tionibus, potissimum vero extra ius suum competen gnalis
dare ipsa inscriptio esse cernitur facta privatis personis,
sine evidenti necessitate Ecclesie aut Reipbla onera=
re non posse, etiamsi ma aut loci ordinarij vel al=
terius emissis confirmatio et approbatio tangrad
in malo fundamento posita, desperaccesserit, Et
in comprobationem obligationis sue idem Instigator
mtatis eius Regie d. Comentus generalis Regni Lubli=
nen Anno Millesimo Emigentesimo Sexagesimo Sexto,
inter Gnosum Episcoporum Premiajek et Erasmum
Gerlotzka Cuiem Cracovien. et Comenth monialium
Monasterij Sancti Andree Cracovie dti, per mtatis
eius Regiam in simili causa latum, cogs producto
et certis rationibus deductis, idem instigator asse=
rabat et instabat, vt eam ipsam inscriptionem
et obligationem ex rationibus supra allegatis, rina=
litam et iuri communi ac libertati Ecclesiastice
notoriam mtas eius Regia tangrad supremus omnium
bonorum Ecclesiasticorum in Regno suo tutor et
patronus tolleret et amoueret, ipsaq; bona ab
eiusmodi onere et obligatione nouna, munda et
libera faceret. In contrarium vero ipse Gnosus
Dominus Brandis allegationes Instigatoris nostri

Jurisdictionem illius nocere non posse, quo minus co-
stet inscriptionem et obligationem Sanctae esse sufficien-
tem, coram Archis autenticis factam, atq; consensu reo
ratiori ordinarij approbatum, eidemq; insuper le-
gatum rectum et popplicum inscripsisse, et quod bona
spiritualia, et quod bona spiritualia iuris terrestri
Regni sint subiecta, et secundum Statutum Regni, spi-
rituales pro limitibus, Cometonibus fugitivis, caede,
vulneribus, et aliis minimis finali iure terrestri indi-
cantur, atq; in eo cuius respondere tenentur. Quam-
obrem et inscriptionem Sanctae Abbatem et Comentum
tangnam bonorum Monasterij sui perpetuos Succes-
sores in iure terrestri facere potuisse, i amq; in iure Sor
valida esse deducebat, ideoq; petijt ut non ob-
stantibus allegationibus et impugnatione Justigatoris
Mtatis Regiae ad solutionem vadij praedicti, et ad sa-
tisfaciendum secundum contenta istius inscriptio-
nis decreto eius Mtatis Regiae praefati citati com-
pellerentur. Justigatore vero Sacrae Mtatis Re-
giae allegatione actoris esse nullam, et ad primum
artum non pertinere allegan, et pro rei allegatio-
nes suas repeten, deducendo bona spiritualia in
archis tantum modo capitibus Statuto specificatis
iuri terrestri subiacere, et tantum modo ad iu-
rial, non autem ad alienationes bonorum Ecclesiasti-
corum iuri terrestri subesse, Sacra Mtas eius Regia

cum Consiliarijs Regni Mtatis eius assidentibus, contentio-
sia seu debita cognita, ac munimentis partium dili-
genter recensis et perpensis, inhærendo Statutis Regni
et decretis in similibus latis, attento quoq3 eo quod de
iure communi bona Ecclesiastica cuilibet indifferenter ex Regni
filia dotata, et Ecclesiis adhibita et incorporata, non
nisi in evidentem utilitatem aut necessitatem Eccle-
siæ aut Reipublicæ, nullis inscriptionibus aut obligatio-
nibus cuiuscunq3 valeant, aut perpetuis terrestribus aut
castrenses extra formam sibi competentem onerari pos-
sunt, alioquin eiusmodi omnes inscriptiones et obliga-
tiones in usum privatum extra formam sibi competens
factæ, etiamsi confirmationes et approbationes ma
aut loci ordinarij, vel etiam Sedis Apostolicæ, tanquã
in malo fundamento positæ, accesserint, nullum robur
de iure communi habere, nullaq3 ratione bona Eccle-
stica afficere et onerare possunt. Et quod Successo-
res Abbatis existens temporarius et usufructua-
rius tantum modo bonorum Comendatarium posses-
sor sine potius administrator, in eiusmodi cau onera
ra antecessoris sui facere non tenetur. Et quoniã
inscriptio eiusmodi pensionis non solum in usum pri-
vatum verum etiã extra formam sibi competens
facta est, ideo ex iis et aliis rationibus ac de-
ductionibus per Instigatorem deductis, Sacra
Mtas eius Regia supramemoratam inscriptionem
et obligationem Sfato Actori facta, de qua ad

præsens controuersia interesset, nullam et de iure com-
mmi in ualidam adimeret, ipsaq3 bona Monasterii præfa-
ti ab omni onere eiusmodi inscriptionis munda et libera
esse decernit, pront et per prntes decernit, eamq3 inscri-
ptionem cassando et rescindendo præfatum Abbatem
et eius Comentum citatum à citatione et instantia et im-
petitione et à causa præfata eiusdem Actoris liberum
et absolutum pronunciat, dictoq3 Actori pro præmissis
perpetuum imponit silentium, stat sententia sua Regiæ
Mtatis mediante. Ex Actis terrestribus Varsc Jomien
Judiciorum Sacræ Regiæ Mtatis terrestri sub sigillo ut
est in eis traditum. Nos itaque supplicationi illi
nobis factæ benigne animentes, præsertim decretum
ita uti superius habetur coram nobis authentice produ-
ctum, et à nobis visum, transscribi, et in forma dute
tica uidimus uulgo dici consueta extradimandau-
mus: Decernimusq3 hoc præsens rescriptum non aliam
fidem ubique habere debere, atq3 illud originale
decretum nobis ostensum. In cuius rei fidem præsen
tibus sigillum nostrum est appressum. Actum et Dat
Cracouiæ die Vltima Mensis Nouemb. Anno Do-
mini M. D. Lxx. Vtro Regni uero nostri Tertio.

Rglio. Magnifici Joannis Zamoyski
de Zamość Regni Poloniæ Supmi
Cancellarii Belsen, Trijstrien Za-
mecensis q3 &c. Capitanei.

Consensus redimendi Advocatiam in villa Lopuchowa S. Dembiensi dat.

vij. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, &c. Significamus tenore literarum nostrarum quorum interest universis et singulis Consensisse nos consentireque per praesentes Generoso Casparo Dembienski Aulico nostro, ut possit Advocatiam in villa sua Lopuchowa, de manibus successorum Nobilis olim Philippi Wodzrzigka et aliorum quorumvis ius aut interesse aliquod ad eandem Advocatiam se habere pretendentium, quorum nomina et cognomina hic pro expressis haberi volumus, instis pecuniarum summis superscriptis redimere, ejs tamen non auctis, vel si inscriptae non fuerint, ex insta et legitima taxatione provenientibus, redimere, redemptamque cum omnibus utilitatibus, fructibus, proventibus ac reddibus universis ad eam ab antiquo pertinentibus, et ex ea provenientibus, Cumque omni jure, dominio et proprietate, prout eandem praedictus olim Philippus Wodzrzigka ni[illegible] tenuit, habuit et possedit, ac ipsa vim ac tenorem literarum originalium inste ac legitime desuper emanatarum, tenere, habere, pacifice quieteque ad vitae suae extrema tempora possidere. Promittentes verbo nostro Regio pro nobis et successoribus nostris, nemini nos

subditorum nostrorum eundem Casparum Dembien-
skii de praedicta Advocatia redimendi potestatem
datrices, nec nos ipsos pro mensa, fisci, cogmina, sta-
buli vel alia gratiungs nra necessitate eandem ab
illo amotrices aut de manibus ipsius redemptrices, veru
quoad vixerit in pacifica memoratae Advocatiae pos-
sessione et usufructu conservatrices esse. Jnvibus
nostris ibidem semper salvis. Harum testimonio trag
grasmam nra subscriptimus sigillumqs Regni nostri
appensi iussimus. Datis Cracoviae prima die Mensis
Decembris Anno Dni M.D.LXX.VIII. Regni vero nri Tertio.

Stephanus Rex frat.

Consensus super censum annuum re
emptionalem Alberto Laczkowo
Altaristae dat.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, &c Significamus
tenore literarum nostrarum quorum interest omnibus, Suppli-
catum esse nobis per certos Consiliarios nostros, nomine
Honorabilis Alberti à Laczkow, Altaristae altaris
secundi ministerii, tituli Dei omnipotentis et san-
ctorum Fabiani et Sebastiani Martyrum, et Benedi-
cti Confessoris, in Ecclesia Parochiali in Circulo Ga-
coniensi, ut consum annuum reemptionalem alias na wij-
derkoff dictum Decem Marcarum, in qua libet Marca
quadraginta octo grossos computan, numeri et mone-
tae Polonicalium, pro trecentis florenis Vngaricalibus

bom et mist m aureo ponderis, apud gnondam Gnosm Nico:
lam Premiazek Snotameram Cracovien, per olim Nico:
laum de Radowrize Presbiterm et executorem testa:
menti olim Honorabilis Pauli Vager Presbiter de Cra:
covia, emptum m anno Domim Millesmo Quadringen:
tesmo Sexagesmo Nono, super omnibus et singulis pre:
dicti Premiazek villa Vitzowize mmorpat, m terra
et distrctu Cracovien iacen, per eundem m Actis Vi:
cariatus seu officialatus Cracovien obligatm et
mscriptm, ac deinde per olim Rzedum m Sbrzostopa:
tem Joamem de Rzessow Episcopum Cracovien m
anno Millesmo Quadringentesmo octuagesmo pri:
mo die Dnodecima Marcij confirmatj prognolibet
festo Sancti Martim singulis annis prefato Altaristę
et eius immediatis possessoribus realiter et cum
effectu soluen, Consetm reo Regio roborarem,
approbaremus, et confirmaremus. Cui gridem supplj:
cationi nos benigne annuentes, predictm Consm re:
emptionalem acta na Wyderkoff dictm, confirmā
dm et approbandm duximus. prout confirmamus
et approbamus presentibus lis nostris. Decer:
nen illm robur et perpetuam firmitatem habere
et obtinere. tantum gnantum habuisset si tunc
dum hec per suprascriptos Nicolaum de Radowrize
emptio, et suprascriptum Premiazek venditio et inscri:
ptio fuerat, noster sit consensus adacta suprascri:
pti indicij fuisset exhibitus, Eundem consm dare
marcarum cum principali trecentorum florenorum

Hungarie alium sum̃a, Ecclesiasticæ immunitati adscri-
ben et incorporand ita vt pro ipsorum regnicolatione ad
quodcunq3 forum et ad quoscunq3 officiales, tam spi-
rituales quam seculares, cuiuscunq3 status dignitatis
et preeminentie existerint, sit recursus. Volumus ta-
men vt de prefatis bonis mobilibus emptio, venditio
inscriptio predict' facta fuit, debita onera Reipubli-
ce, hoc est expeditio bellica, contributiones publice
laudate et in posterum laudande, perditorum bono-
rum modernos et successiue possessores seu emita-
rios expediantur et persoluantur, eo non obstante
quod census prefatus redemptionalis libertati et im-
munitati Ecclesiastice sit adscriptus et incorporatus,
Harum quas manu nra subscriptimus et sigillo Regi
nostri communiri iussimus testimonio litterarum Datis Cra-
couie die Prima Mensis Decembris. Anno Domini
M. D. LXX. octauo. Regni vero nostri Tertio.

Stephanus Rex

Adiudicatio annorum discretionis
Balthasaro Jarocki.

vsp. Stephanus Dei gratia Rex Polonie, &c. Significamus
presentibus litteris nostris quorum interest vniuersis et
singulis. Quod cum legum nos cum nobis tribuat fa-
cultatem, vt liceat nobis explemit nedum iuris nri,
pupillos qui etatem legitimam attigerint, è tutorii

cura ac potestate eximere, in libertatemq3 asserere.
Ideo cum constitutus fuisset coram nobis personaliter
nobilis Balthasar Scrocchi, filius nobilis olim Georgii Ja=
rocchi, exposuitq3 nobis esset illius nomine, cum tamen
id planè probaret, cum sub cura fratrum ipsius teneri,
ad bonorumq3 administrationem non admitti; Nos viso
eo, perspicientesq3 illum iam pueritiae annos egressum,
legitimam aetatem attigisse, habilemq3 esse ad adeun=
dam bonorum suorum possionem, eidem amos discre=
tionis auctoritate nra, prouq3 jure et more recepto admi=
timus, ipsumq3 ex fratrum potestate eximendi liber=
tatem asserimus, aptumq3 et idoneum esse pronun=
ciamus, qui bona sua ad se quomodolibet pertinen
ad eat et administrare possit, atq3 adeo omnia et sin=
gula quae ex tutella dimissis de iure competunt, ipsi
quoq3 competere volumus. et declaramus et ne for=
te vitio adolescentiae quae plerumq3 labilia esse
solet, labi cum in cura et administratione bonorum
suorum contingat; assignari illi esse decernimus; assigna=
mus q3 his de teis nostris Curatores, et quasi actionum
illius directores Nobiles, Georgium Jacovglii de Ja=
cosq3 ipsius patruum et Georgium Stefanitzki de Byt=
kowo Armenium, quibus eam facultatem concedi=
mus, ut tantisper quoad perfectionis amos legitimae
legibus descripti attigerit, potestatem habeant per=
sonam et bona illius, curandi, regendi et gubernandi,
ita ut nihil sine ipsorum voluntate et scitu de bonis
et redditibus suis faciat ~~facrat~~ et statuat, omninoq3

corum nigmibus suis actionibus et factis sententia
signabitur. In quorum omnium fidem presentes manu
nostra subscripsimus et sigillo communi iussimus Datis
Cracovie die Prima Mensis Decembris Anno Domini
M. D. LXX. octavo. Regni vero nostri Certio

Stephanus Rex subscripsit.

Confirmatio bonorum donacionem pradij
Lukasowski dicti in districtu Sendo
miriensis Mansionarijs Ecclie S. Marie
Sandomi: facte.

Vig. Stephanus dei gratia Rex Polonie, et Significa-
mus tenore presentium litterarum nostrarum quorum interest universis
et singulis quorum notitiam habituris. Productas et
monstratas fuisse coram nobis nomine Mansionario-
rum Ecclesie Collegiate Sendomiriensis litteras Divi
Cagimiri Regis antecessoris nostri laudatissimi, in cha-
rta membranea conscriptas; subscriptione Cancel
larii et appensione sigilli munitas integras, non viciatas, omnique suspi
tione carentes: Supplicatum quoque simul nobis est, vt easdem et quic
quid in illis comprehensa auctoritate nra Regia, approbare
et confirmare dignaremur. Quorum tenor earum lit-
terarum de verbo ad verbum sonat vt sequitur. In
Christi Domini nomen, Ad perpetuam rei memo

riam

riam. Cum Christiano Principi nihil magis dignum et
conuenientius videatur esse, quam ad ea, quæ pro cultu
Diuino aut ministris Ecclesiæ, ingi studio et continua ora-
tionum deuotione Deo famulantibus, erogantur,
aut facilitatem et admissionem Regiam, liberaliter be-
nigniterq3, nedum adjicere et adhibere, verum etiam
pia cuiuslibet opera promouere, vt exinde in præsenti
agibilium rerum omnium prosperitatem et in futuro
beatitudinem, consequi mereatur. PRoinde nos Ka-
zimirus Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum
Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Cuiauiæ, Lanciciæ, Ma-
gnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, ac Culmensis
et Elbingensis Pomeraniæq3 dominus et Hæres &c. Signi-
ficamus tenore præsentium quibus expedit vniuersis,
præsentibus et futuris harum notitiam habituris.
QVia nos amantes Reuerendi Christo patris Do-
mini Joannis Episcopi Cracouiensis nobis dilec-
ti postulationi intercessionigq3 diligenti, pro par-
te Venerabilis Petri Lucæ de Sendomiria, Præpo-
siti Rathiboriensis, volentes non nihil de ipsius pater-
nis bonis ad Diuini cultus augmentum erogare, fac-
ta de certa mra scientia deliberationeq3 et virtute
Regia, eidem Petro Lucæ de Sendomiria, præfati
ipsius Hæredi harum patentium Lucas Orzechowski dicti
mi antecessoris Ciuitatis Sendomiriensis adiacen-
bus in Magnam opatkowo itur, inter agros Achocati
ex vna, et famosi Sigismundi Ciuis Sendomiriensis
partibus ex altera situatum, cum agris, pomeriq, orto

et piscina ad praedium illud pertinentibus, honorabi-
libus Mansionariis, congregationi ꝯb toti eorum, in Capella
Ecclesiae collegiatae Sanctae Mariae Sendomirien iam dudum
institutorum et existentium, ratione certarum piarum
precum, et orationum ad Dei Omnipotentis clementiam
pro eo anima parentum et ipsius Lectii, impta ordinatio-
nem in Spirituali in dictis faciendam decantandarum,
dandum, donandum, eisdemꝯb Mansionariis incorpora-
dum, vniendum et ministerandum consentimus et admi-
simus, consentimusꝯb et admittimus tenore presentium
mediante in perpetuum, per ipsos Mansionarios et Con-
uentum seu congregationem ipsorum impta donationis
descriptionem in Secularii foro faciendam, tenendã,
benẽ, possidendã et vtifruendã pacifice in omnem, Quodqui-
dem praedium cum agris, horto, pomerio et pistina, dictis
in-visditionibus et immunitati Ecclesiastica ascribimus et
annectimus, decernendo quod potestati et iurisdictioni Ecclesia-
stico subiacere debeant exmunt in perpetuum, Nostris
tamen et Ciuilibus in ciuibus quo ad consuetudinem et cen-
suum redditionem satisfactionemꝯb remanentibus sal-
uis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus
subappensum. Actum Cracouiae feria secunda post fe-
stum Sancti Jacobi Apostoli, Anno Domini Millesimo
quadringentesimo octuagesimo septimo. Praesenti-
bus ibidem Reuerendo in Christo patre, domino Joanne Epi-
scopo Cracouien praefato, Necnon Magnificis, Venera-
bilibus, Gnosis, Strenuis et Nobilibus, Jacobo de Dam-
bno Castellano et Capitaneo Cracouien, Dobeslao de
Kurozwanki Palatino Lublinen, Joanne de Tzenczin

vicelicten, Nicolao de ostrorog Bicen et Capitaneo Lublinensi, Ambrosio de Pampow Rosperien Castellanis, Creslao de Kurozwanki Cantellario, Petro de eadem Kurozwanki Thesaurario, Gregorio de Lubrant Vicecantellario Regni nostri, Sbigneo de Tenczyn Succamerario, Nicolao de eadem Tenczin Gladifero Cracovien, Stanislao de Brzezie Cracovien Marschalco, Et aliis plurib⁹ fidedignis testibus circa premissa. Datum per manus prefati venerabilis Creslai de Kurozwanki Regni nri Camellarii fidelis nobis dilecti. Per filio Venerabilis Creslai de Kurozwanki Regni Poloniae Cantellarii Creslaus Cantell strat. Nos itaque supplicationi illi nobis facta benigne annuentes, preinsertas litteras omniaq⁹ et singula in illis comprehensa, aut Societate nra Regia, quantum tamen iuris pubblici rationes permitterent, approbandas et confirmandas esse duximus: Vti approbamus et confirmamus per presentes hras mas approbamus, confirmamus, robor q⁹ et pondus firmum firmum et debitum presti: tuo obtinere debere decernimus. Cupientes preterea benignitatis et beneficentiae nre Regiae in ipsos sendomirienses Mansionarios perpetuum monimentum extare; pro nostra in Ecclesias illarum q⁹ ministros animi propensione illud ipsum Poloniae in singulis preinsertis Dni Casimiri Regis litteris specificatum, ab omnibus censibus et pensionibus Civilibus ac oneribus etiam quibuscunq⁹, nullis prorsus exceptis, liberum, immune, et absolutum in perpetuum facimus et promittimus, ab omni q⁹ potestate et iurisdictione Civilis Magistratus Sendomirien⁹, sed illud iuxta prescriptum ipsius

priuilegii Dñi Cazimiri, immunitati et libertati Ec-
clesiastice assecubimus et incorporamus. Volumus tame
illud teneri ad contributiones publicas, laudatas et
laudandas. Harum testimonio litterarum quas mi fide
premissorum manu nra subscripsimus. et sigillo Regni
nostri muniri mandauimus. Datt Cracouie die secunda
Mensis Decembris. Anno Domini. Millesimo
D. Lxx. viii. Regni vero nostri anno decimo.

Stephanus Rex scat.

Confirmacio priuilegij oppidi Vsthie

Stephanus dei gratia Rex Polonie, Significamus
vig. tis litteris nostris quorum interest vniuersis et singulis ca-
rum notitiam habituris. Productas et monstratas fu-
isse coram nobis, nomine oppidanorum et incolarum op-
pidi nostri Vsthie, litteras Dñi Cazymirii Regis an-
tecessoris nostri laudatissimi, in charta pargamena
conscriptas, et sigilli maioris appensione munitas, inte-
gras, omnigs vicio et suspitione procus carentes;
Supplicatumgs simul nobis fuisse, vt eas auctoritate
nostra Regia, approbare et confirmare dignaremur
Tenor vero earum de verbo ad verbum iste fuit.
In nomine domini Amen. Quod magnifica

Regum decreuit fieri autoritas, ratum atq; stabile
debet perpetuo permanere. Ea propter nos Casimirus
Dei gratia Rex Polonie, cæterarumq; terrarum, Cra-
comie, Sandomirie, Syradie, Lanritie, Cuiauie, Pomeranieq;
dominus et heres. Notum facimus vniuersis tam pre-
sentibus quam futuris præsentium notitiam habi-
turis. Sane aduertentes quòd ius Theutonicum nobis
et nostris Regnicolis multum affert vtilitatis. Cupien-
tes itaq; huiusmodi vtilitates peramplius dilatare,
omnibus et singulis Ciuibus et incolis locatis et loran-
dis, in nostra Ciuitate Vistr die vulgaciter nomina-
ta, sita prope Vislam in terra Cracouiensi; damus
jus Theutonicum Maydburgense perpetuo duratu-
rum, Remouentes ibidem omnia iura Polonicalia, angari-
as et prædarias, modos et consuetudines vniuersas,
quæ ipsum ius Theutonicum Maydemburgen plerumq;
perturbare consueuerunt. Preterea absoluimus
Aduocatum nec non omnes Ciues et incolas præ-
dicte Ciuitatis, de omnibus iuribus et iurisdictionibus,
omnium Palatinorum, Castellanorum, Iudicum, Sub-
iudicum, ac Ministerialium officiorum aliumq; quicun-
q; ita quod coram predictis, pro causis magnis vel
parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, membro-
rum mutilationibus, ac aliis causis cuiuscunq; minime re-
spondebunt; sed tantum Ciues predicte Ciui-
tatis coram suo Aduocato, suo iure Theutonico
tenebuntur respondere. Aduocatus vero coram

nobis vel nostro iudice generali, dum tamen per no-
stram litteram, nostro Regio sigillo sigillatam Cita-
tus fuerit, tum de se querulantibus, quo iure Theuto-
nico supradicto respondebit. Insuper Advocato, Civibus
et Scabinis Civitatis memoratae, in causis criminalibus,
puta furti, sanguinis, homicidij superius expressatis,
sententiandi, condemnandi, puniendi, damus et con-
cedimus plenam et omnimodam potestatem, prout
ipsum ius Theutonicum Majdemburgense postulat et
requirit. Volumus etiam quod omnes supradictae Ci-
vitatis agros habentes et eosdem colentes de quo-
libet manso ratione census medium martam nobis
et nostris successoribus, pro decima vero cui de iure
debetur unum fertonem. De quartali vero tritici
solido, quatuor Scotos, De qualibet area unum quos-
dam, De quolibet artificio unum groschum singulis
annis in festo Sancti Martini solvent, et solvere as-
stricti. Exactionem vero solvent iuxta ipsorum
posse sint et aliae Civitates solvere consuevernt.
Forum autem omni Secunda feria, in praedicta Civita-
te exercendum iuxta terrae consuetudinem confir-
mamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum
praesentibus duximus appendendum. Actum Cra-
coviae feria secunda post Ascensionem Domini Anno
Domini Millesimo, trecentesimo sexagesimo. Pra-
sentibus ijs testibus, Dobeslao Castellano Vislicen
Stabrasza Subpincerna Sandomiriensi, Andrea de
Wawrowicz Subiudice Cracovien', Pelea Marschalcone

dicto Kostrzielicz, Przedborio Sarede de Brzezie Andrea dicto Lalala, et aliis gram plrimis fidelibus. Datum Crac. per manus Domini Jacobi Cornella: rij Craconiensis. Nos itaque supplicationi illi nobis facte benigne annentes, premissas lras omnibus earum punctis, clausulis, articulis et conditionibus, quantum tamen in nobis publice rationes permittebant, autoritate nra regia, approbandas et confirmandas esse duximus; vti quidem per presentes lras nostras approbamus, confirmamus, ratasq3 et gratas habemus. Decernentes easdem et omnia in illis comprehensa robur et pondus suum iustum et debitum perpetuo obtinere debere. Atque in eius rei fidem presentes manu nra subscriptimus et sigillo Regni nri iussimus. Datum Cracouie die tertia mensis Decembris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo septimo: Regni vero nostri tertio.

Stephanus Rex scripsit.

Confirmacio privilegij oppidanos de Vschie rone non soluendo &c

Stephanus dei gratia Rex Polonie &c Significamus his lris nris quorum interest universis et singulis earum notitiam habituris. Productas et monstratas fuisse coram coram nobis nomine oppidanorum et incolarum

oppidi nostri Vstrzie, litteras Dñi Sigismundi Augusti Regis antecessoris nostri, in charta membranea conscriptas, subscriptione Joannis Ocziecki Cancellarii, et appensione sigilli maioris Regii munitas, integras, nulligs vitio et suspitioni obnoxias: supplicatumqs nobis simul esse, vt eas et omnia in illis comprehensa auctoritate nra regia, approbare et confirmare dignaremur. Earum vero tenor de verbo ad verbum fuit iste. SIgismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ &c dominus et hæres. Significamus tenore præsentium quorum interest universis et singulis harum notitiam habituris: Exhibitas esse nobis per certos Contiliarios nros, nomine Ciuium nostrorum Vtrorienſiũ, Serenissimi Domini Sigismundi Poloniæ Regis ac parentis nostri Literas in pargameno scriptas, sanas et integras, ac sigillo eiusdem communitas, confirmationem de non solvendis theloneis et foralibus, à Serenissimis olim Casimiro et Vladislao Poloniæ Regibus ipsis oppidanis de Vstzie concessam, in se continentes. Quarum tenor ad verbum descriptus est talis. IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Syradiæ, Lanciciæ, Cuiaviæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæqs, Culmen Elbingentis et Pomeraniæ dominus et hæres &c. Significamus tenore præsentium quibus expedit universis

Quia ex parte oppidanorum nostrorum de Vstrzie ex-
hibita fuerunt coram nobis pro Serenissimorum olim Primci-
pum et Dominorum, Cazymiri et Wladislai Poloniae Re-
gum antecessorum nostrorum, libertatem et exemptio-
nem molarum dicti oppidi, a solvendis theloneis alijs
foralibus vbijs in Regno reo, in se continentes, omni
prorsus vitio et inspitione carend, eorundem Cazymiri
et Wladislai Regum sigillis appendendum mita, sub hu-
iusmodi gni segnitur tenore. KAZIMIRVS
Dei gratia Rex Poloniae. Suis fidelibus, Vicepraeco-
ratoribus, Adnotatis, theloneatoribus et eorum vi-
cesgerentibus, in Ciuitatibus et villis infrascriptis,
vzt in Opathowiecz, in Nona Ciuitate, in Bochnia, Skar-
bimiria, Proschowicze, in Jamigorwicze, Czolowicze,
in Czarnow, in Woinicz et Andrzeiow, ac etiam in Po-
lolani et in warzginczicze, Gratiam suam et omne
bonum, Fidelitatem vestram volumus non latere,
quod comparien' paupertati meorum Ciuium de Vstrzie,
ipsos et eorum quemlibet a solutione theloneorum in Ciui-
tatibus et villis supradictis pariter liberamus de gra-
tia nra speciali: Vobis et vestrum cuilibet firmiter
mandantes nostrae gratiae sub obtentu, quatenus
ab eisdem Ciuibus de Vstrzie cum ad loca theloneorum
vestrorum cum quibuscumq rebus venalibus venerint,
nullam pecuniam ratione thelonei seu fori quod tan-
quam dicitur reciperc praesumatis. Datum in Vstrzie
die ipsto Omnesanctis Sancti Pauli. Anno Domini Mil-
lesimo, trecentesimo, Sexagesimo tertio. WLA-
DISLAVS Dei gratia Rex Poloniae, Lith uaniae q3

Princeps supremus, et Dux Russiæ. &c. Significamus quibus expedit universis præsentium notitiam habituris. Quod pro parte fidelium nostrorum oppidanorum et incolarum in Vstrzie, nostri oppidi nuper petitio oblata continebat, quatenus litteram Serenissimi Principis Domini Casimiri bonæ memoriæ olim Regis Poloniæ, prædecessoris nostri charissimi, de nra benignitate solita approbare, ratificare et confirmare dignaremur, cuius quidem litteræ tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis. KAZIMIRVS Dei gratia REX Poloniæ, Smis fidelibus Vicegrocnratoribus, Advocatis, Theloneatoribus et eorum Vicegerentibus in Civitatibus et villis infrascriptis, videlicet in Opatzowiecz, in Nowa Civitate in Curzarù, Skarbimiricia, Proschowitze, in Jamizowitze, Crolowitze, in Charnow, in Woinicz et Andrzeiow, ac etiam in Podolani et in Niawrzinczitze, Gratiam suam et omne bonum. Fidelitatem vestram, volumus non latere, quod compatiens paupertati nostrorum Civium in Vstrzie, ipsos et eorum quemlibet à solutione Thelonearum in Civitatibus et villis suprædictis, pariter liberamus de gratia nostra speciali, Vobis et vestrum Cuilibet pariter mandantes nostræ gratiæ sub obtentu, Quatenus ab eisdem Civibus de Vstrzie cum ad loca Theloneorum vestrorum cum quibuscumq; rebus venalibus venerint, nullam pecuniam ratione Thelonei seu fori quod targowe dicitur recipere præsumatis. Datum in Vstrzie ipso die Conversionis Sancti Pauli. Anno Domini Millesimo, trecentesimo, Sexagesimo Tertio.

Nos itaque fidelium oppidanorum nostrorum predicta-
rum, instis et honestis petitionibus ac eciam alii, predictam lit-
teram ratam habentes atq3 gratam, in omnibus suis pun-
ctis, articulis, conditionibus et clausulis approbamus, ra-
tificamus, et confirmamus, virtute presentium harum no-
strarum mediante decernendo supradictos oppidanos no-
stros in vestre ab exactione et solutione theoloreq3
ut premittitur, penitus absolutos presentium sub nostre
Maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Cra-
covie die Joannis et Pauli Martirum Beatorum
Anno Domini Millesimo trecentesimo, octuagesimo sexto.
Nos vero Sigismundus Rex prenominatus supplica-
tionibus hiusmodi pro prefatis oppidanis nostris
de vestre nobis factis miciati, volentesq3 eosdem
gratia mâ relenare et eis inbuere, premissarum
in omnibus earum clausulis, punctis, articulis et condi-
tionibus earum approbandas, ratificandas et confirmâ-
das duximus: approbamusq3, ratificamus et confirmamus,
illasq3 et omnia in eis contenta robur perpetue firmi-
tatis habere decernimus tenore presentium mediante.
In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus
appensum. Actum et Datum Vilne feria tercia pro-
xima post festum Sancti Laurencij. Anno Domini
Millesimo, trigentesimo, sexto decimo, Regni nostri
xmo Decimo. Presentibus. Reverendo in Christo Patre
domino Petro Episcopo Premisliens, et Regni nostri
Vicecancellario, ac Generosis et Venerabilibus
Nicolao Gikowski Polanieck et Gladiscio Bur-
grabio3q3 Cracovien, Jametrio Swyrgowski

Bieceñi. Castellanis, et Sandecèñi, Trembowlien,
Ropczicen. et militum nostrorum Mercenariorum
in Magno Ducatu Lithuanie. Capitaneo, Joanne Co-
narski Archidiacono Cracoviēñi et Cantore Sando-
mirien, Stanislao Oleschnitzki Canonico Gnesnens,
Andrea Krzickzki Scholastico Posnanien et Præ-
posito Srzedens, Stanislao Carlo de Szekarzowi-
ce, Archidiacono Lublinēñ Secretariis nostris
et Leonardo Pierzij Borssti Præposito Sancti Mi-
chaelis in arce Cracovien Physsico nro Canonicis
Cracovien, Stanislao Groberski Jnciſore, Vexilli-
fero et Pincerna, Dorotheo Zalinski Magistro Co-
quine Curie mē, Sijluestro Ozarowski Succamera-
rio nostro, Cæteris q3 officialibus et Aulicis nostris
ad præmissa fidedignis testibus, sijnnere et fidelibus
dilectis. Datj per manus præfati Nuncien in Sco
patris domini Petri Episcopi Præmislien et Regni
nostri Vicecancellarii, sijnnere nobis dilecti. Nos
itaque sigismundus Augustus Rex prefatus, cum no-
bis nomine dictorum oppidanorum nostrorum de Vste
supplicatum sit, vt das brās suprascriptas autorita-
te mā Regia approbare, ratificare, et confirmare
dignaremur, Supplicationi eorum benigne annuentes,
brās predictas in omnibus earum punctis, articulis
clausulis et contentis approbandas, ratifican-
das et confirmandas duximus; prout approbamus,
ratificamus et confirmamus per presentes tras mas,
vobis debita et perpetue firmitatis vade obtinere

debere decernendi perpetuis temporibus et in omnem
Ingruantum tamen in usu eius privilegii fraudem. In
cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est ap=
pensum. Datum Petricovie in Comitiis Regni generali
feria quarta post festum Sancti Thome proxima.
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto:
do. Regni vero nostri Tricesimo Octavo. Relatio Ma=
gnifici Joannis de Ocieski Regni Poloniae Can=
cellarii, Cracoviensis generalis, Osterodiensis Pomeranie,
Sambroviensis, Olstinensis Capitanei. Joannes Ociesski
R.P. Cancellarius. Nos itaque supplicationi illi no=
bis facta benigne annuentes, eas ipsas literas mi omi=
bus earum articulis, conditionibus Capitulis, punctis
et verbis, quantum tamen per leges publicas licet,
et autoritate nra Regia, approbandas et confir=
mandas esse duximus. Vti easdem per presentes nras
nras approbamus, confirmamus, ratasque et gratas
habemus. Decernimus quoque et edicimus easdem
et omnia in illis comprehensa, robur et pondus fir=
mum et debitum perpetuo obtinere; ac oppidanos
illos vicos omnes ab omnibus quorum interest in usu
earum conservari debere. Porro in cuius rei fidem
presentes manu nostra subscripsimus, et sigillo
Regni nostri muniri mandauimus. Datum Cracovie
die decima mensis Decembris Anno
Domini M. D. LXX. viii Regni nostri Octavo.

Stephanus Rex manu.

Consensus inscribẽdi censum annuũ
super domo Cracou. Cristophori
Vornyai dat.

vj. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae &c Significamus tenore praesentium quibus expedit vniversis et singulis. Quia nos adducti intercessionibus quorundam Consiliariorum nostrorum, nomine Famati Cristophori Vornijai Ciuis huius Ciuitatis Cracouiensis, apud nos interpositis, Ipsi de certa scientia et speciali gratia nra. Certum Censum annuum, vi et super domo sua lateritia, in platea Castrensi, inter domos famati Matthei a Sibenaeigber ab vna, ac Stanislai Pilczki Ciuium Cracouiensium ex altera partibus sita, eiusquẽ vel quibusquẽ personis Spiritualibus Regni nostri, pro aligno beneficio Ecclesiastico, iam pridem erecto, coram quibusuis Iudicibus, Spiritualibus vel Secularibus Regni nostri, vi vim tamen et titulum redemptionis als Nawiderkauff, pro duobus Mille florenis pecuniae, moneta et numero Vsualis Regni nri vendendum, inscribendumq; et obligandum consensimus et admisimus, consentimusq; et admittimus praesentibus, Per ipsam, seu ipsas Ecclesiasticas personas. beneficium illud erectum, pro tempore possidentes, eiusmodi Censum annis singulis in pta conditiones inscriptionis faciendae, exigendum, leuandum et percipiendum. Quemquidem Censum modo predicto inscribendum, et

vendendum, libertati et immunitati Ecclesiastice adhuc
timis incorporandum, ita vt pro eius repetitione et omni
actione irrevocata ad forum Judicij Spiritualis semper
habeatur recursus, vsq3 ad eius exemptionem, per pra-
dictum Episcopatum Cracouiensem Tarnowskich seu eius successores
dicte domus laterculi de Cracouia possessores pro te-
pore futuros, faciendam. Nichilominus tamen volu-
mus eundem Episcopatum Tarnowskich et eius successores
predictos, ad onera Ciuilia obeunda, ratione domus
predicte semper teneri; eo non obstante, quod idem
census in ea inscribendus, immunitati Ecclesiastice
sit incorporatus. In cuius testimonio litterarum pri-
bus sigillum nostrum est subappensum. Datum Cracou-
ie die tertia die Mensis Decembris. Anno Domini
M. D. LXX octauo. Regni vero nri Tertio

Stephanus Rex scat.

Confirmacio resignacionis certi
liberi agri in villa Dworzy
am: Plocicka.

v. J. Stephanus Dei gratia Rex Polonie, vt Significa-
mus vt Exhibitas esse coram nobis per certos Con-
sulatus nostros nomine Honesti Joannis Plocziczka
subditi nostri de villa Dworzij Capitaneatus Osswien-
cien litteras pargamenas infrascriptas, sub titulo
et sigillo appenso Illustrissimi olim Casimiri Ducis
Osswiencimen, sanas, salvas, omnigq3 suspitionis nota

carend, Contmientes m se resignationem recti liberi
agri m villa Dworcij antecessoribus dicti Joannis Plocki-
cza factam. Supplicatum gz esse nobis, vt eas ipsas tras,
omniagz et singula m eis contenta auctoritate nra Re-
gia approbare, ratificare et confirmare dignaremur.
Quarum tenor et series de verbo ad verbum est talis.
IN nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoria
Nos Cazimirus Dei gratia Dux et Dominus Osvvienciimen
Tenore presentium notum facimus, vniversis tam presen-
tibus q nam futuris. Quia m ma nostrorum gz Nobilium
presentia constitutus Devotus ac Religiosus vir Domi-
nus Paulus Preg dictus, prior Comentus Osvvienciimen
fratrum ordinis predicatorum, sanus mente corporisgz
valetudine, non compulsus nec coactus, sed animo deli-
berato, maturo consilio ac de speciali ch'am licentia,
pariter consensu et voluntate fratrum suorum dicti
ordinis, Nouem virgulas liberi agri inter Martinum Kopp
ex vna, et Advocatie agros parte ex altera iacentes.
quas prefatus dominus Paulus m quantitate cuiusda
summe pecunie a Joanne Bogumil de Monowicz su-
scepit: Cum omnibus m rebus, vtilitatibus, fructibus, pro-
uentibus, et obuentionibus vniversis, nullis deductis seu ex-
clusis, prout eadem nouem virgulas m suis metis et ga-
dibus hactenus habuit et tenuit, m longitudine et lati-
tudine ac ab aliis agris vndigz circumferencialiter
sunt distincte, Prouido viro Michaeli Plocrycza dicto
fideli nostro dilecto, suisgz liberis et legitimis success-
oribus, iusto venditionis et emptionis titulo interuenien
pro duodecim Marcis grossorum pragen vsualis monete

vendidit et coram nobis tangnam Domino Successorio
rite et verbaliter resignauit, dictas novem virgulas
ad habendas, tenendas, vsufruendas, vendendas, gnie-
te et pacifice inre hereditariis possidendas, commutandas,
obligandas, vel gnomis alio modo à se alienandas, ac in
vsus proprios et beneplacitos prosna suorumqz Succes-
sorum libera et spontanea voluntate convertendas.
Injta dor pront sibi et suis successoribus vbilibet vide-
bitur expediend. Nos vero dictam venditionis etem-
phionis contractum coram nobis factum, ratum, gra-
tum et firmum habeñ, de principatus nostri Magni-
ficentia et innata nobis clementia, nostrarumq; grārum
presentium patrocinio confirmamus, Constituen-
presatum Mirdaclem suosqz liberos et successores
legitimos in sepedictas novem virgulas veros haredes
et legitimos possessores. In cuius rei testimoñ presen-
tes sibi et rei Ducatus sigilli robore iussimus
communiri. Actum et Datum Osorienc die Feria Sexta
ante Dominicam, Quasimodo geniti. Anno Domini Mil-
lesimo Quadringentesimo Vicesimo Nono. Presenti-
bus Fidelibus nostris, Samborio Marschalco, Mi-
kolaikone Capitaneo Osorienci mend, Mikolaikone de
Ruda, Dzema de Grodzięz, et Nicolao prestro
nostro Curie Capellano, qui presentia Sabinit mi có-
mittit. Nos itagne Stephanus Rex premissa-
tus, supplicationi cuiusmodi benigne annuend, tras
premissas omniaqz et singula in eis contenta,
quantum de iure est, auctoritate Regia

approbandas esse duximus: quemadmodum presentibus approbamus, ratificamus et confirmamus; decernentes robur perpetue firmitatis obtinere debere. Hornm testimonio tradimm quibus manumra subscripsimus, sigillorumq; appendi iussimus. Datum. Cracouia die quarta mensis Decembris Anno Domini M° D° LXX° octauo. Regni vero nostri Anno tertio.

Stephanus Rex manu propria.

Consensus vendeñ censum fribus Gliniciis dat.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus, &c Quia nos ad intercessionem quorundam Regni nostri Senatorum pro Nobilibus et Famatis Joanne Stanislao ac Petro Gliniciis fratribus germanis Cuibus Cracouiensi apud nos facta, postulantibusq; id eorum rationibus, vt Censum alicui perpetuum reemptionalem in bonis suis pro certa pecunie summa vendere et inscribere possint, ipsis eam ad rem dare est adscribendum eiusmodi consum, hinc presentem consensum nostrum concedendum esse duximus; quod adeo iam concedimus, ita vt quod prenominati fratres, tam omnes simul quam seorsim eorum quilibet poterint hoc nostro consensu freti, cuicunq; visum illis fuerit, Consum vt supradictum est perpetuum reemptionalem, quod vtcunque vulgo dici solet Wyderkauff, in bonis suis

immobilibus in Ciuitate Cracovien existentibus, pro-
summa pecuniaria gnam eo nomine accipere voluerint,
vendere et inscribere, venditionibus et inscriptionis ipsi-
us recognitionem authenticam coram Actis smie Aduoca-
talibus Ciuitatis eiusdem smie fori Spiritualis facere.
Quo gnidem venditio et inscriptio per eos smie gnem-
libet eorum fatienda robur debitum semper obtinebit,
atqs census ille inscribendus, per eum cui inscribetur
ex bonis ad gna eiusmodi inscriptio se se referet
percipietur, et ni defferta solutionis repetetur iuxta
formulam obligationis eorundem fratrum smie eius-
libet eorum, gnam ratam atqs firmam semper fore
determinimus. Atgne in eius rei fidem, &c Datis Cra-
coui die sexta Mensis Decembris Anno Domini
M. D. LXX. octauo. Regni vero nostri Octio.

Stephanus Rex mpp.

Confirmacio binarum Literarum
Illustrissimi Principis Bethlehem.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, &c Significamus
his litteris nostris gnorum interest vniuersis et singulis
quorum notitiam habituris. Productas et monstra-
tas fuisse coram nobis à Ciuibus nostris Illustrissi-
bus litteras infrascriptas binas Dnorum antecesso-
rum nostrorum Sigismundi eius nominis primi, et Sigismundi

Augusti Polonie Regum; ex quibus priores erant in Char-
ta membranea conscripte, et à Nicolao Grabia Ca-
stellano Culmen et Vicecancellario subscripte, appres-
sione ejs sigilli minoris Regni munite; alie vero in se apyro
scripte et manu Joannis Ocjeski Cancellarii subscri-
pte, et sigillo maiori Regni signate, integre, nulli vicio
suspitionis obnoxie: Supplicatumqs ab ijsdem Civi-
bus Ilkusiensibus nobis fuit, vt eas autoritate nra Regia ap-
probare et confirmare dignaremur. Ac priorum qui-
dem tenor de verbo ad verbum fuit iste. SIGISMV-
dus DEI gratia REX Polonie, Supremus Dux Lithuanie
Russie, Prussie, Masovie, ac dominus et Heres. Vni-
versis et singulis Theloneatoribus et eorum Notariis seu
eorum tenen, vbilibet in Regno nro constitutis, Signi-
ficamus tenore presentium, Quia vidimus originale
privilegium, famatis et provido Proconsuli et Consuli-
bus ac vniversis Civitatis nostre Ilkusien incolis, per
serenissimum Principem Wladislaum pie memorie
Polonie Regem, patrum et antecessorem nostrum co-
cessum, salvum ac in nulla parte sui violatum, Cuius
quidem privilegii vigore, eosdem Civitatis nre Ilkusien
incolas à solutione quorumuis Thelonearum vbilibet in
Regno nro consistent exemptos esse constat. Supplic-
atumqs est nobis, quoniam originale huiusmodi pri-
vilegium passim circumferre non esse tutum arbi-
trantur, vt illis has nras mandati litteras, qua hu-
iusmodi libertatis et exemptionis earum testes sint
dare dignaremur. Quorum supplicationi benigne an-
nuentes vobis mandamus, vt prefatos Cives Civitatis

